

Band VII., Nr. 2332, Seite 235-236

Graf Ulrich von Württemberg bestätigt den Verkauf von Gütern in Hochflur durch seinen ehemaligen Marschall Konrad Ritter an Kloster Salem und freit diese Güter von allen Abgaben.

Esslingen, 1273. Februar 28.

Omnibus hanc paginam inspecturis Ulricus comes de Wirtenberc rei geste notitiam cum salute. Temporum malitia et hominum memoria labilis moment gesta temporum litterarum serie perhennari. Noverint igitur universi, quod cum vir discretus Cünradus dictus Ritter quondam marscalcus noster possessiones suas sitas in Hochflûr¹, in agris pratis pascuis vineis areis terris cultis et incultis silvis nemoribus virgultis aquis et aqueductibus viis inviis semitis itineribus et omnibus aliis, quibuscumque^a censeantur, intus et extra dictis possessionibus pertinentibus, quas illucusque iure feudali, quod vulgo dicitur cinslehin, a venerabilibus in Christo . . . abbatissa et conventu sororum ordinis fratrum Minorum in Pfullingen in parte aliqua et in aliqua parte a viris discretis nostris fidelibus^b dictis de Urbach² nec non partem aliquam a viro discreto . . . milite dicto de Winden et in aliqua parte a Wortwino dicto de Schanbach et in aliqua parte a dicto de Mülhusen possederat pacifice et quiete, Hædewigis matrone sue^c et omnium predictorum nec non omnium, quorum intererat, voluntate plena et expressa prehabita et consensu reverendis in Christo . . . abbati et conventui in Salem ac per ipsos suo monasterio receptis ab eis centum quinquaginta libris Hallensium omni iuris ac consuetudinis sollempnitate adhibita^d vendidisset publice et tradidisset et ipsarum omnium possessionem vacuum in dictum monasterium transtulisset libere et quiete perpetuo possidendam, nos cupientes dictum monasterium ob favorem religionis et specialis dilectionis, qua nos et progenitores nostri dictum monasterium dileximus ab antiquo, per nos et nostros rebus et personis pro viribus promovere dictam emptionem rite in omnibus consum[m]atam adhibendo nostrum consensum voluntarium et expressum duximus prout potuimus presentibus confirmare, facientes dicto monasterio gratiam specialem, ut exnunc et in perpetuum omnes possessiones supradicte exempte sint libere ac

^aHier dürfte das beigesezte Wort *nominibus* fehlen, vgl. WUB, Bd. VII, S. 235.

^bDieses Wort steht auf Rasur; ursprünglich war *ministerialibus* geschrieben.

^cVerschrieben *matrona sua*.

^dDesgl. *adhibitis*.

¹Hofgut Hochflur.

²Oberurbach.

II

immunes ab omni precaria nec non aliis omnibus exactionibus, quibuscumque nominibus censeantur, quas nostri officiales debite et indebite possessionibus diversis modo diverso in nostro districtu imponere consueverunt, dictam libertatem seu exemptionem, quantum ad nos et nostros successores et omnes nostros officiales, expresse tamen contra omnes sine exceptione de Waibelingen, volumus in perpetuum robur firmitatis obtinere, ita ut si aliquid exactionis per quemcumque a dictis possessionibus fuerit requisitum, ipso facto sit penitus irritum et inane.

 Acta sunt hec apud Ezzelingen, anno domini MCCLXXIII., indictione prima, pridie kalendas Martii, subnotatis testibus presentibus, videlicet comite Ottone de Brandenburc, Wolframmo de Bernhusen, Wolframmo de Steten militibus, fratre Wernhero commendatore in Lewenberc, fratre Cûnrado de Salem provisoro in Ezzelingen, Marquardo sculteto in Ezzelingen aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presentem litteram exinde ad petitionem partium conceptam sigillo nostro nec non sigillo universitatis in Ezzelingen fecimus roborari. Nos Cûnradus dictus Ritter et Hædewigis prenominati predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus protestamur, renuntiantes pro nobis et nostris successoribus universis omnibus iuribus consuetudinibus servitiis actionibus et omnibus aliis quibuscumque, que nobis in dictis possessionibus competebant vel competere videbantur casu quolibet contingente, renuntiantes etiam omni iuri et iuris auxilio omni foro tam civili quam ecclesiastico omni exceptioni actioni defensionis constitutioni legum et canonum consuetudini loci et patrie litteris impetratis vel impetrandis beneficio restitutionis in integrum exceptioni pecunie non numerate et omnibus aliis, per que predicta venditio possit vel debeat in posterum calumpniari revocari vel modo quolibet enervari. Et quia sigillum proprium non habuimus, sigillis supradictorum, videlicet nobilis domini nostri comitis de Wirtenberc et universitatis in Ezzelingen, in hoc facto pro testimonio usi sumus.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Die Siegel des Grafen Ulrich von Württemberg und der Stadt Esslingen, letzteres aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2064 (WUB, Bd. VII, S. 25) bzw. zu Urkunde Nr. 2051 (WUB, Bd. VII, S. 14).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

4/6963; 67/1164 S. 169-171 Nr. 139

Überlieferung und Textkritik:

Original und Abschrift im Codex Salemitanus in Karlsruhe.

Regesten:

Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 2, S. 77, Nr. 482.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Brandenburg Wohnplatz (16745)
 Brandenburg, Dietenheim, UL
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Hofgut Hochflur Wüstung (21792)
 Hofgut Hochflur, Waiblingen, WN, W
 Leonberg Wohnplatz (154)
 Leonberg, BB
 Mühlhausen Wohnplatz (36)
 Mühlhausen, Stuttgart, S
 Pfullingen Wohnplatz (15957)
 Pfullingen, RT
 Schanbach Wohnplatz (476)
 Schanbach, Aichwald, ES
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Stetten : Kernen im Remstal WN
 Stetten Wohnplatz (1765)
 Urbach WN
 Urbach Gemeinde (1608)
 Winnenden Wohnplatz (1687)
 Winnenden, WN